



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Svmmarivm Homiliæ Qvartæ Seqventis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

Et hoc nouum patet miraculum, quod Deus efficit, nam eius subsidio tempestas, laborque qui nos exhaurebat, terminatur, animam sola-

tur, pacem adducit in hac vita per gratiam, quod nos conducit ad gloriæ portum æptatissimi, Amen.

S V M M A R I V M

HOMILIE QVARTÆ SEQVENTIS.

A Stendit Euangelium, eo ipso, quo quis se Dei disponit obsequio accedere diabolum ei bellum illaturum *a*. Tantò neruosiùs quantò quis diligentius conatur euadere in virom sanctum *b*. Vt nobis Christus addat vires & animos, prodit hodie cum illo in arenam, & ei vires confringit, vt iam prælium nostrum sit cum infirmo inimico *c*. Diuina nobis præscribit documenta, vt in tentationibus superiores euadamus, supponendo, quòd nos ipsos illis non ingeramus *d*. Primum: docet nos, quibus cum armis vincamus: quæ sunt duplicis generis: primò, ex parte Dei: eius scilicet fauor & gratia *e*. Secundò, ex parte nostra, nimirum ieiunium & opera sancta *f*. Et nominatim magna vigilantia, quæ sumus excitati: eo quòd hostis noster semper sit in insidiis, vt nos confundat *g*. Et vnus cuiusque perpendit sedulus affectus, vt per eosdem oppugnet *h*. Secundum: vt dum accedit diabolus proponens nobis panis defectum, oculos in Dei potentiam conijciamus *i*. Tertium: vt attentè consideremus, hostem nostrum omnes suas habere vires in sola lingua *k*. Et quod argumentetur, vt indoctus Astrologus. Quartum: eius promissa esse mendacia *l*. Quintum: quod si clara nos inuadat tentatione: hoc verbo (*Vade Satana*) cum repellamus.

§. 1. Eo ipso quo quis se ad Dei disponit, obsequium, diabolus accedit, vt eum bello la- cessat: iustar illius lateris, de quo Dominus ad Ezechielem, & velut alter Pharaõ Israe- litas persequitur.

§. 2. Impugnat Satan Sanctos, vt pirata na- ues diuitiis onustiores, vacuas vilesq; despi- ciens.

§. 3. Congreditur, Christus, vera Aquila cum serpente, vt eum nobis confringat, proinde eius victoria nostra est, & modo cum sancti non timent.

§. 4. Ductus est. Ad tentationes ductus est Christus donis Spiritus S. cuius opera omni- bus sunt rationibus superiora, iuxta Theo- logie disciplinam.

§. 5. Quicumque se temerariè tentationibus ingesserit: prosterneretur cum Davide, quem vero Deus ad illas adduxerit, victor euadat cum Ioseph.

§. 6. A Spiritu. Prima contra diabolum arma defensiva, est Spiritus S. gratia: quæ superantur dracones, sine qua musca vin- cunt.

§. 7. Cum ieiunasset. Necessarium quoque est ieiunium, quod diabolum prosternit, vt Eleazar elephantem.

§. 8. Accedens tentator: Sine miraculo, ieiunium multis potest diebus protrahi. Ac- cedi tentator ex suo munere talis, quem David descripsit; & oculos requirimus Eze- chielus.

§. 9. Accedens

§. 9. Accedens tentator. Turbatus diabolus, Christum tentaturus aduolat, ut eum videret fame laborantem: qualitatē autē dicit, ut aggrediatur.

§. 10. Dic vt lapides &c. Grauis tentatio, defectus panis: artamen fide Deo, & serpentis attere caput: Eliseum imitare, & cancrum.

§. 11. Mitte te deorsum &c. Diabolus doctus est logicus in argumentando; sed eius vis finitur in loquendo & dicendo, mitte te &c.

§. 12. Rursum scriptum est &c. Decipit diabolus, vt Astrologus, qui vnus tantum stella obseruat influxum: tu vero vnā alteri confer.

§. 13. Hoc omnia tibi dabo. Tentatio pragnans, ac meuitur; promittit enim multa, nec habet, nec dat aliquid.

§. 14. Vada Satana. Molesta fuit hac Christo tentatio: (talibus tu quoque responde. Vade Satana.) de qua Christus, ad magnam Matris suae Virginis salamen triumphauit.

HOMILIA V.

DE TENTATIONE

Dominica Prima Quadragesimæ.

Doctus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Matthæi. 4.

Vos sensus, vt maximè necessarijs, requirit specialiter Evangelicus Propheta Ilias à Christi Domini discipulis nimirum, oculos: & aures Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. & aures tuae audient verbum post tergum monentis. Venie præceptor tuus: oculos aperi, vt ea quæ acturus est, videas, & aures, vt audias, quæ tibi sit dicturus. Communiter à discipulis, præter auditum, nullus alius exigitur sensus, per quem, id quod à præceptore docetur, intrat, & per hoc vocantur. Audientes, & hic dicitur, sensus disciplinæ. Verumtamen ab huius supremi Magistri discipulis requiritur non solus auditus, sed & visus: imo primo visus, quàm auditus: eo quod non taur eos doctus sit verbis, quæ aures percipiunt, quàm operibus, quæ vident oculi: & prius operibus, quàm verbis: *Cœpit facere & docere.* Et illi, qui eius frequentarunt scholas, id clarè confessi sunt, dum aiunt de illo: *Erat vir propheta potens in opere & sermone.* Verbis docuit, cum, quotquot diceret, vitæ verba essent: deinde & operibus: cum quidquid ageret, ad nostram profuerit instructionem. *Omnes Christi actio, nostra est instructio.* ait D. Gregor. Aliquando deposuit à nobis S. Mater Ecclesia aures, dum *Hieron Lanuza Bap. de Tem. 1.*

nobis huius doctissimi Magistri verba proponit audienda, quæ conferriperunt Evangelicis: hodie vero oculos, & eos quidem valde apertos, & expansos, vt ea, quæ facit, videamus, nobis enim illum p. o. ponit Commentator D. Mathæus, in asperissimi deserti studio constitutum, vbi Monachiam aggreditur campestem, manus conferit, & fortissimo prælio decertat cum tenebrarum Principe Satana, omnium, quos vidit mundus, ducum fortissimo, de quo Deus: *Non est potestas super terram, quæ lob. 41. 24. comparetur ei.* Describit nobis tres, quos cum illo habuit, assultus, & qua ratione illum Satan, non semel, sed tertio sit aggressus, singulis vicibus brachii sui vires redintegrando, & gladii sui aciem exacuendo, quinimo vicibus singulis, & nouos & acutiores sibi accingens. Pariter depingit, qualiter se superius noster Princeps armet, quibus armis, qua ratione inimicum exspectet, & impetu primo, ei in faciem resistat: nec multum, nec parum moueatur: quomodo ei ingressum, & primum idem concessit, quomodo eum à se diuertere ita vt innocuus resisteret. Quomodo secundum exspectet, quem Sacra Scriptura splendenti detorquet gladio, quomodo sibi Christus ex eadem Sacra Scriptura scutum eadat, &c.